SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id446215090/1
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

Band II.

OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK DER WISSENSCHAFTEN
L IX 459.2
Archiv 104

No 545-704.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id446215090/2
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

# OMNEM CHARISSIMI PARENTIS CURAM
NON
ÆNEÆ TROJANI,
SED
# HEROIS CHRISTIANI,
NIMIRUM
PER-ILLUSTRIS ATQVE GENEROSISSIMI DOMINI,
D O M I N I
# GEORGII ERNESTI
# de GERSSDORFF,
HÆREDITARII IN Reichenbach, Ober-Niederdorff, Groß-Krauſche & Oeliſch,
POTENTISSIMI REGIS POLONIÆ, & ELECTORIS SAXONIÆ CUBICULARII CLAVIGERI & CONSILIARII, ITIDEMQVE CURIÆ PROVINCIALIS GORLICENSIS PRÆSIDIS IN REBUS JUDICANDIS SPECTATISSIMI, ECCLESIÆ REICHENBACHENSIS COLLATORIS UNICI, EJUSDEMQVE GRATIOSISSIMI,
IN
ASCANIO SUO DILECTISSIMO,
GENEROSISSIMO DOMINO,
D O M I N O
# GEORGIO ERNESTO
# de GERSSDORFF,
HÆREDE DYNASTIÆ FUTURO
SPE NON NISI AD DEUM ERECTA, ET HINC SATIS PROTECTA STANTEM,
CUM
PATER ÆNEAS OPTIMÆ INDOLIS SCRUTATOR
HAUD INFELIX
## ABITUM FILII
VESTIBULO DOMESTICÆ DOCTRINÆ
IN
PENETRALIA SOPHIES AULICO-DRESDENSIA
UNAQVE
COMITATUM MEDITARETUR,
ANNUM DISCESSUS Ἐλεοδιςίχοις DECIES SENIS
INTER VOTIVAS BENE ASCANIO CUPIENTIUM
ACCLAMATIONES NOTABAT
*SEQVE SUOSQVE SIMUL ULTERIORI COMMENDABAT PATROCINIO & ÆNEÆ & EJUS ASCANIO*
AD PRECES & OFFICIA PER RELIQVAM ÆTATEM
DEVINCTISSIMUS,
Johannes Heinricus Schümberg, Paſtor
Oppidi Reichenbachenſis Ordinarius.

---

GORLICII, EX OFFICINA RICHTERIANA,

*********

OMnIs In AsCanIo CharI ſtat CUra parentIs,
LUſatICIs CUrIs qVI LIgat Ipſe CapUt.
Te pUto, GerſsDorffI, IUrIs ſanCtIſsIMe tUtor,
In NIſſæ ſonItU qVI regIs aCta forI.
ELoqVar, an ſILeaM? CUras ego IUngo, proboqVe
NIsUs Aſtrææ PræsIDIs atqVe PatrIs.
Et benè ConVenIVnt CUræ; sUperaDDIta PatrIs
Pro natI StUDIIs non negat æqVa foro.,
Eſto, qVoD IUbeat LegIs natUra tUenDæ
PUbLICa prIVatIs anteferenDa bonIs.
ÆDIbUs haUD proprIIs Vetat hæC præeſſe, ſeD Urget
CUras, IngenUas proſperItatIs apes.
PratIs InsIDUnt Ut apes bona MeLLa parantes,
VIVI par nato CUra parentIs opUs.
Ergò, Patrone, tIbI trIbUo SaMUeLIs honores,
IUDICIs In ſoLIo, qVI fUIt ore potens.
Et PatrIs Æneæ tU noMen IUre reqVIrIs,
AſCanIo CUrâ non breVIore DatUs.
SUnt, sIne progenIe qVI VItaM perDere CUrant;
O sl prognatl CVra graVaret eos!
Et qVoD sl fUerlt PIetatls ſæpè petenDæ
CVra prlor, DeXtrè CVra paterna slta eſt.
Cvra PatrIs MIſerans, qVâ non eſt DIgnIor orbI
SIC natos, qVotqVot sVnt, sVper aſtra feret.
QVID Moror Æneæ totas InqVIrere CVras?
AsCanII fVsè fata referre IUVat.
QVoDqVe Inſto patrIas, GerſsDorffI, eXponere CVras,
Res erIt AsCanIo non oDIoſa tVo.
En! LaVData sVIs te IVſsIs DresDa tenebat,
FaCtVs VbI fVeras ſoLIs In orbe parens.
Ante parens fVeras VICe gratâ, ſeD noto CasVs,
Non erat In VlVls natVs lMAgo Patrls.
PoſteaqVaM bonItate DeI te VIſerat aLter,
VagIt Is, & CVras protInVs aLter aVet.
Et tVa In AsCanIo perſtabat CVra teneLLo,
FLVMInIs Vt CapIat pVra LaVaCra ſaCrI.
NVLLVS CVnCtatVr, CVI sVsCeptorIs honores.
ConsILIo prono Mens tIbI Læta parat.
SIC qVIa DeCernIs MatVrè tanta parentIs,
Vt pIa Verba IVbent, Vota, perennat honor.

Et parVo tentat nato præDICere, VeLLe
ÆqVè præpes agat qVæqVe fUtUra, patreM.
ErIpUIt CUras non hora DIesVe ſeqVaCes,
NatUs erat VegetI ſeMper In ore PatrIs.
In TheMIDIs CUras qUotIes te InVIſa trahebant,
Non poterant CUras attenVare tUas.
QVæſo DabIs VenIaM PatrIs Cantare petentI
InneXas CUras UberIore tono.
Conſtat, qVæ Debet, sI qVIs ſUb peCtore Verſat
Æneæ, nIMIæ qVot graVItatIs habent.
Non ergò tarDor pLUres attIngere CUras,
QVI VIDeo VarIas ſeDULItatIs opes.
VIX poterat proLes farI, tU pLUrIMa fanDo
OrsUs es IngenIo fIgere reCta probo.
IngenII res eſt aUDIre & reDDere VoCes,
Ætas Ut patItUr, CUra paterna ſtrUIt.
QVæ poſthaC oCULIs præsCrIbIt pagIna Chartæ,
Ut Legat AsCanIUs, non Mora, CUra fUIt.
SUnt, qVIbUs arrIDet, ſapIentes sI MaLè pIngUnt;
PLUs Verò præſtat sCrIbere poſſe benè.
HInC tenDebat eò tUa CUra ſeVera parentIs,
NatUs Ut InsIgnI pIngeret arte typUM.
SUnt, qVos æternæ non tangIt CUra ſaLVtIs,
QVI præbent fIDeI non eLeMenta sVIs.
SeD te ſeIVnGVnt â reIICIentIbVs Iſta,
NotItIa atqVe tVæ reLLIgIonIs aMor.
HIs IMbVtVs aDIt SophIes penetraLIa ſoLers
AsCanIVs, Verbo non renVente tVo.
Non eſt LIngVarVM terræ pretIosIor VsV,
Poſſe LoqVI DoCtas res ſapIentIs erVnt.
GratVLor Æneæ CVrIs pro taLIbVs aVsIs,
IngenIVM natI qVæ reſeranDo probant.
AsCanIVs fatVr, qVID FranCIa, RoMa profatVr,
Non habItV VIſo gratIor eſſe poteſt.
AsCanIVs ſerVat ſVbLIMes aptVs aD artes
A sVperIs ortæ nobILItatIs opVs.
FeLICes CVras! qVas ſpes ConfIſa ParentIs,
QVas sVCCeſsVs aLIt, VIM reCreantIs habens.
QVIDnI ContInVes sVetas, Pater optIMe, CVras,
AſsVrgens, natVs sI peregrIna petat.
Eſt VIrtVtIs Iter perDoCtas qVærere Athenas,
MerCatVra bonæ sVppetIt artIs VbI.
HeVs! Iter InCIpIas ſeV sIt per ſaXa, per Ignes,
AsCanII ſtVDIIs regIa DresDa patet.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id446215090/5 GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

DIgnIVs AsCanIo reor haUD obtIngere poſſe;
  ObſeqVIosUs abIt te DUCe, Patre sUo.
Per neMUs Ite DUo faCILes, portæqVe propInqVI
  Tot bona ſperetIs, qVot tenet ALbIs aqVas.
TV Verò Ænea reDeas VeneratVs ab oMnI;
  Eſt Longæ CUræ pars reſoLUta tUæ.
Et qVoD sI CV ras ſorberent ALbIs & Iſter;
  MULtæ sI fUerInt, Una sUperſtes erIt.
AttaMen Una tIbI graVIor per DIſsIta regna
  AsCanIo, preCIbVs nIſa, IUVabIt Iter.
ADsCrIbo VotIs Mea PaſtoraLIa Vota
  Pro VIta PatrIs, proqVe ſaLUte sUI
Non De erIt preCIbUs MagnUs ſator ætherIs UnUs,
  QVI CUras patrIas approbat Ipſe parens.
Æneæ MoDo sI perſtabUnt VIta ſaLUsqVe,
  EgregII reſtans CUra VaLorIs erIt.
DemIgret AsCanIUs, qVo fas eſt, paſſibUs æqVIs,
  Ut Pater obſerVans regIa ſCeptra pIè.
EVoLet Inſtar apIs, qVæ DenIqVe onUſta reVertIt,
  ALtorI parIens MeLLa reperta sUo.
(a) NIL fLorere Vetet: VIoLæ natUra resIſtat
  TrUDentIs fLores sUb nIVe, Magna ſatIs.
(b) CœLeſtes MotUs PIetas DIVIna ſeqVatUr;
  Herbas In ſeptIs ſoLIs Ut ortUs habet.
InqVe VIrUM ſerIe, qVIbUs eſt GerſsDorffIa PaLLas
  AſCanIo noſtro ter repetatUr honor.
OMnIs In AſCanIo qVæ CUra repoſta parentIs,
  Optata aſſeqVItUr ſtante! IVVante Deo.
Et præſto DeUs eſt: AbeatIs CUra tIMorqVe
  Æneæ, AſCanIUs non nIsI tUtUs abIt.

Ad Aſcanium è tenerrimis Parentum amplexibus
diſcedentem.

SICUt abIs reDeas ô ſpes ſtIpata parentUM!
  QVæ PatrIæ LInqVIs rUra beata VaLens.
SICUt abIs, reDeas SophIes ô MIra VoLUptas!
  QVò te fata trahUnt, arte poLItUs abIs.
SICUt abIs, reDeas fIDeI ſeCtator aVitæ!
  OrIs DIVInI qVI Venerator abIs.
SICUt abIs, reDeas fLagrantIs pIgnUs aMorIs!
  Vota aUro reLUant te graVIora rogo.

---

(a) Sunt verba adſcripta floſculo, qvem Galli vocant Perce neige, qvòd perforat nivem, ut efflorescere qveat. Vid. Weiſii Gelehrten Redner pag. 236.

(b) Idem recenſet verba ſeu Lemma Heliotropio appoſitum pag. 231.

Oberlausitzische Bibl. Görlitz
1066905 1

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id446215090/8
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK